



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Petri De Dusburg, Ordinis Teutonici Sacerdotis, Chronicon  
Prussiae**

**Petrus <de Dusburg>**

**Francofurti ; Lipsiae ; Regiom. Pruss., 1679**

Cap. CCCXXXIV. De Vastatione Episcopatus Tharbatensis terrae Livoniae.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-11850**

alia ædificia destruentes, tantam stragem fecerunt in populo illo, quod nec ibi tingens ad parietem superesset. Sequenti die intravit territorium Ruschigenam, & tertia die territorium Erogelam, & utrumque incendio molestabant. In vespere hujus tertii diei obsederunt castrum Pistam ipsum fortissimè impugnantes : sed peregrini adeò bene fuerunt armati, quod dum scanderent ad moenia castrenses, nec lanceis, nec gladiis, nec aliquo genere armorum poterant ipsos ab ascensu prohibere. Tandem duo vel tres aut plures acceptâ hastâ posuerunt eam ad pectus & dorsum ascendentium, & sic premendo eos à mœniis dejecerunt. Supervenientibus ergo tenebris noctis, cessaverunt fratres ab impugnatione. Sequenti die cum iterum vellet ad pugnam accedere, Castrenses dederunt obsides, promittentes se fratribus imperio subjacere. Sed artante ipsos Rege Lethovvinorum, fidem præstitam postea non servabant.

## ANIMADVERSIONES.

(a) Jeroschinus eum Ducem Svidnicensem : Strykovius vero cum Dusburgio Wratislavensem fuisse dicit.  
(b) Alii Rossianum vocant.

## CAP. CCCXXXIV.

*De**Vastatione Episcopatus Tharbatensis  
terra Livonia.*

**M**Edio tempore quo exercitus iste fratrum ejus esset in dictis territoriis, Lethovvini cum magnâ populi multitudine intraverunt terram Lethoviae, & præter alia damna, quæ in Episcopatu (a) Tharbatensi fecerunt incendio & rapina, quinque milia hominum Christianorum & amplius interfecerunt, & in captivitatem perpetuam deduxerunt.

Ddd

CAP.

